



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorum

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

11. De his quæ timere debemus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50980)

DE HIS, QUAE A NOBIS SEM-
per sunt timenda.

CAPVT XI.

Dilectissimi fratres quamuis plura sunt quae nobis timenda sunt, quaedam tamen sunt periculosiora, & ideo horribilius metuenda: in quibus potiora colligantur, vt ab illis sollicitius cauere valeamus.

Debet homo timere

HVIUS mundi alteritatem & instabilitatem: quia homo nunquam in eodem statu permanet: & nescit vtrum odio vel amore dignus sit. si enim nos Deus desereret, in ictu oculi demon peruerteret.

CARNIS proprietatem, mundi, & diaboli bellum quo indefinenter spiritus impugnatur.

IMbecillitatem, & quotidianam negligentiam in resistendo, poenitendo, & precibando.

DIVINAE iustitiae seueritatem: quae clara in casu Luciferi: qui pro vno commisso peccato, fuit in aeternum de caelo eiectus: quantum magis qui multa commiserunt peccata illuc non quaquam ascendent? Apparet quoque ista veritas in peccato Adae qui propter vnum peccatum a Paradiso fuit expulsus, & porta caeli fuit clausa donec Saluator noster per suam mortem eam aperuit. In qua etiam mortificatione apparuit rigor inflexibilis, & terribilis diuiniae iustitiae: quia reliquit suum dilectissimum filium in manibus tam dirae gentis, vt crucifixus tuit quando cum clamore valido in cruce

mauit dicens: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quia ergo feueriffimus rigor & rigidiffima feueritas diuinæ iuftitiæ ita apparuit in viridi ligno & virtutibus pleno & tam dilecto à Patre: quid erit in nobis qui fumus ligna virtutibus arida & iniquitatibus repleta? Relucet etiam huiusmodi rigor in diluuiò: tunc enim totus (præter animas octo) mundus periit.

A M B I G V V M ex hac vita egressum: quia nemo fcit, vbi, quando, aut quomodo, fcilicet si bene vel male moriturus est.

F V T V R V M iudicium, vbi iudex neque decipi neque precibus aut muneribus poterit inclinari, neque ab eius poterit appellari sententia, neque ab eo quisquam valebit fugere.

P O E N A R V M purgatorij acerbiteriam: quæ secundum Augustinum omnem huius vitæ pœnam superant.

D A E M O N I O R V M & pœnarū inferni horrorem, eiusq; ignem inextinguibilem.

P E R P E T V A M à dilectiffimis cœlestibus ciuibus separationem.

A M A R I S S I M O S fletus, & gemitus damnatorum omni carentium solatio. nam sicut oues in inferno positi sunt, & mors depascet eos.

C O G N I T I O N E M, & confusionem suorum peccatorum.

Debet homo timere

O D I V M sui, & vniuersorum quæ in toto mundo aguntur.

P O E N A R V M infernalium perpetuitatem: quia in inferno nulla est redemptio.

d a

P E R P E

PERPETVAM illius ineffabilis glorie, & sp̄i ad eam perueniendi priuationem.

RATIONIS obstinationem: quia qui sunt in inferno, sunt in malo obstinati & nihil boni appetunt.

DENTIVM stridorem præ angustia nimitate: qua damnati vltra quàm dici potest torquentur.

DAMNATORVM detentionem & captiuitatem: non enim inde exire cùm volunt, valent.

CONSCIENŒ vermem: qui incessanter eorum conscientias corrodit, & cruciat

propter { Bona omissa.
Scandala dimissa.
Mala commissa.

vel propter { Bonorum dimissionem.
Scandalorum impensionem.
Malorum commissionem.

Leuemus igitur in æthera oculos, & orantes camus:

Christe redemptor pie.

Qui sumus causa tuæ viæ.

Ne perdas nos in hac die.

DE MEDITATIONVM PARTITIONE
per totam hebdomadam, secundum viam
purgatiuam.

CAPVT XII.

DEUOTUS religiosus, & præsertim incipit præcipue se debet exercere secundum viam purgatiuam. Et vt iuxta ea quæ præmissa sunt, sua habeat determinata & ordinata exercitia.